



## ELS PRONOMS PERSONALS I DEMOSTRATIUS.

1. Completa les oracions següents amb la forma correcta del pronom personal. Guia't per la traducció.


- a) Tu ..... amas, ego ..... amo. (Tu m'estimes, jo t'estim.)
- b) Miles ..... litteras mittit. (El soldat m'envia cartes.)
- c) ..... dixit ueritatem. (Ens ha dit la veritat.)
- d) In speculo ..... uidet. (Es mira al mirall.)
- e) ..... librum reddo. (Et torn el llibre.)
- f) Hic liber ..... est. (Aquest llibre és per a vosaltres.)
- g) Venio ..... ad forum. (Venc amb tu al fòrum.)

2. Passa a acusatiu sg, acusatiu pl i genitiu pl els sintagmes següents:

|                    |                     |                  |                     |
|--------------------|---------------------|------------------|---------------------|
| haec soror, -oris  | illa res, rei       | hic dominus, -i  | illud mare, -is     |
| ista magistra, -ae | iste magister, -tri | hoc caput, -itis | istud flumen, -inis |

3. Completa els sintagmes amb la forma correcta del demostratiu **hic, haec, hoc**. Tradueix-los i canvia'ls de número.

|                 |              |              |               |
|-----------------|--------------|--------------|---------------|
| .....epistulam  | .....cornu   | .....senatum | .....spem     |
| .....auxiliorum | .....tempora | .....aram    | .....diei     |
| .....ruris      | .....uii     | .....fratrem | .....hostibus |



### Nautarum et agricolarum uita.

Nauta et agricola diuersi sunt moribus et studiis. Hic stabilem habet sedem, ille locum mutat. Hic mores antiquos seruat, ille morum alienorum studiosus est. Huius uita tranquilla est, illius periculorum plena. Hunc agri et prata, illum fluuii et maria delectant. Hi narrant de agris, de frugibus, illi de terris alienis, de urbibus, nauibus, procellis.

**El llop i el ca.**

Macer lupus cani perpasto<sup>1</sup> occurrit. Huic ille dixit: «Tu nites, ego esurio». Tum canis ita respondit: «Illam domum custodio; igitur dominus mihi ossa et carnem ex mensa iactat. Sic sine labore uentrem meum impleo. Tibi quoque dominus meus ossa carnemque dabit. Sub illo tecto securus uiues nec iam in siluis niues imbresque tolerabis. Mihi comes eris et ego te erudiam». Lupus gaudet nec recusat at uidet attritum canis collum. Tum canem interrogat: «Unde est istud?». Respondet canis: «Nugae<sup>2</sup> sunt! Serui me interdum alligant: sic melius nocte uigilo». Lupus exclamat: «Non iam tibi inuideo, canis! Ista mihi non placent. Libertatem optabiliorem quam uitae comoda existimo».



1. perpastus, -a, -um: ben alimentat, gras.

2. nugae, -arum (f): beneitura, fotesa.

Quin ensenyament o ensenyaments es poden extreure de la faula? Justifica'ls.

**LA VEU PASSIVA (TEMA DE PRESENT).**

1. Completa els enunciats verbals. Llavors conjuga el present, l'imperfet i el futur imperfect passiu d'aquests verbs i tradueix-los:

aedifico 1

iubeo, iussi, iussum 2

coquo, coxi, coctum 3

pauio 4

officio, -feci, -fectum 3

2. Analitza sintàcticament i tradueix aquestes oracions. Llavors fes el comentari morfològic de les paraules subratllades.

1. Media nocte a captiuis fuga temptabatur.2. Hostium dux telo uulneratur.3. Ager ac uicus atroci incendio uastantur.4. Haec Romanorum uictoria a legatis consuli nuntiabitur.**Destrucció de Troia per part dels grecs.**

Nox erat atque in terris omnia animalia somnus inuaserat. Troiani quoque graui somno premebantur. Tum hostium classis ex insula Tenedo<sup>1</sup> ad litus Troianum nauigauit. Graeci milites in equi uentre abdunt et urbem inuadunt. Caeduntur passim uiri atque urbs tota clamoribus, caedibus incendiisque miscetur. Troiani alii in somno trucidantur, alii in pugna occumbunt. Priamus<sup>2</sup> in sua regia ante deorum aras Achillis<sup>3</sup> filio obtruncatur. Omnia flamma ferroque uastantur.

1. Tenedus, -i (f): Tènedos (illa situada davant Troia).

2. Priamus, -i (m): Príam (rei de Troia).

3. Achilles, -is (m): Aquil·les.



## ELS PRONOMS ANAFÒRICS. ALTRES VALORS DE L'ACUSATIU.

1. Completa aquestes oracions amb l'anafòric corresponent i tradueix-les:

- a) Claudius **suum amicum** in schola uidet. Ille ..... uocat. (eis / eos / eum)
- b) Claudia cum  **suis amicis** est et librum cum ..... legit. (eas / eis / eos)
- c) **Iuppiter et Iuno** multos filios habebant. Vulcanus ..... filius est. (eorum / eis / eos)

2. Analitza sintàcticament i tradueix les següents oracions. Llavors fes el comentari morfològic de les paraules subratllades.

- 1. Romulus primus rex fuit et eum Numa Pompilius<sup>1</sup> successit.
- 2. Caesar duas legiones conscripsit, cum iis Rhodanum transiit<sup>2</sup> et tria milia passuum castra mouit.
- 3. Omnes consules eandem sententiam exponunt.
- 4. Ipse Catilina<sup>3</sup> iuuentutem mala facinora edocebat.
- 5. Is rex annos quattuor et uiginti regnauit.
- 6. Eorum copiae tria milia passuum e castris distabant.

1. Numa Pompilius, -ii (m): Numa Pompili.  
2. transiit: perfet de *transeo*, -ii, -itum.

3. Catilina, -ae (m): Catilina (nom d'home romà).

### La guineu i la serp.

Vulpes serpentem diu sub arbore immotum spectauit. Tum, curiosa, eum rogauit: «Cur iam multas horas in arboris umbra iaces, nec praedam requiris?» «Non requiesco», respondit serpens, «sed leonem exspecto: eum petam atque dentibus meis uenenatis occidam». Risit uulpes, nam leo appropinquauit et pauidus serpens in herba latuit.

## LA VEU PASSIVA: TEMA DE PERFET.

1. Completa els enunciats verbals. Llavors conjuga el perfet, el plusquamperfet i el futur perfet passiu d'aquests verbs i tradueix-los:

conseruo 1

exerceo, -ui, -itum 2

depono, -posui, -positum 3

munio 4

corripio, -ripui, -reptum 3



2. Analitza sintàcticament i tradueix les següents oracions. Llavors fes el comentari morfològic de les paraules subratllades.

1. Carmina poetarum a pueris in schola lecta erant.
2. In hoc bello Achaei<sup>1</sup> uicti sunt et auxilia regem poposcerunt.
3. Troia dolo a Graecis capta atque deleta est.
4. Pontes interrupti tempestate erant sed a militibus refectioni sunt.
5. Theseus<sup>2</sup> a populo rex creatus est et laudatus.

1. Achaeus, -a, -um: aqueu (habitant d'Acaia).

2. Theseus, -i (m): Teseu.

### La còlera de Neptú.



La ira de Neptú, David Gudiol, 2011

Graeci uictores in patriam redierunt. Multi uero labores fuerunt Ulixi<sup>1</sup>, Ithacae<sup>2</sup> regi. In ea insula Penelopa<sup>3</sup>, fida uxor, ac Telemachus<sup>4</sup>, carus filius, magna spe Ulixi<sup>1</sup> reditum expectabant. Neptunus uero Ithacae<sup>2</sup> regi iratus erat. In pugnis enim marium deus Troianis adfuerat<sup>5</sup>, nec Graecorum uictoriam cupiuerat. Sed Ulixi<sup>1</sup> fraude Graeci Troianos uicerant. Itaque, propter dei odium, Ulixes<sup>1</sup> eiusque comites diu per maria errauerunt.

1. Ulixes, -is (m): Ulisses.

2. Ithaca, -ae (f): Ítaca.

3. Penelopa, -ae (f): Penèlope.

4. Telemachus, -i (m): Telèmac.

5. Adfuerat: plusquamperfet de *adsum*, *adfui*, - (amb datiu).

### Augustus. (Eutropi, *Breviari*, 7, 8-9)

Octavianus Augustus<sup>1</sup> rem publicam quadraginta et quattuor annos solus obtinere, ante enim duodecim annis cum Antonio<sup>2</sup> et Lepido<sup>3</sup> tenebat. Decedit autem septuagesimo sexto anno morte communi in Atella<sup>4</sup>, Campaniae<sup>5</sup> oppido. In campo Martio<sup>6</sup> sepulturam dant. Virum deo similem<sup>7</sup> putabant.

1. Octavianus Augustus, -i (m): Octavià August.

2. Antonius, -i (m): Antoni (nom d'home romà).

3. Lepidus, -i (m): Lèpid (nom d'home romà).

4. Atella, -ae (f): Atel·la (ciutat de la Campània).

5. Campania, -ae (f): Campània (regió d'Itàlia central).

6. Martius, -a, -um: de Mart.

7. Similis: adjectiu que es construeix amb datiu.



August Prima Porta, I dC



## ELS PRONOMS RELATIUS. LES ORACIONS SUBORDINADES DE RELATIU O ADJECTIVES.

1. Declina:

*qui* en singular

*quae* en plural

*quod* en plural

2. Analitza morfològicament i canvia de número les següents formes del pronom relatiu:

*quae*

*qui*

*quo*

*quod*

*quibus*

3. Analitza sintàcticament i tradueix les següents oracions. Llavors fes el comentari morfològic de les paraules subratllades.

1. Caesar omnibus sociis, quos in Hispania habebat, multa praemia dedit.

2. Omnes milites, qui hodie in castra sunt, cras cum hostibus forte proelium committent.

3. In locum Romani peruenerunt, ubi hostes insidias parauerant.

4. Regio est, cuius flumina multas insulas efficiunt.

5. Postero die porta Iouis, quae aduersus castra Romana erat, iussu proconsulum aperta est.

### Numa Pompili, rei de Roma.

Numa Pompilius<sup>1</sup> Romae secundus rex creatus est. Leges et mores Romanis constituit; annum, qui prius sine aliqua<sup>2</sup> computatione confundebatur, in decem menses descripsit. Quoque infinita templa Romae constituit.

1. Numa Pompilius, -i (m): Numa Pompili (un dels reis de Roma).

2. Aliqua: ablatiu sg femení de aliquis, -qua, -quid.

### Descripció de la disposició i l'ordre de les tropes de Cèsar. (Caesar, De Bello Gallico, II, 19)

Consuetudine Caesar sex legiones expeditas ducebat, post eas exercitus impedimenta conlocavit; inde duae legiones, quas proxime conscripserat, quae agmen claudebant, praesidio erant. Equites nostri cum hostium equitatu proelium commiserunt.

**Actitud i gustos de l'emperador Aurelià.** (*Història Augusta, "Aurelià", 50*)

Aurelianus<sup>1</sup> medicum ad se nunquam uocauit sed ipse se inedia curabat. Erat rarus in uoluptatibus sed mimis delectabatur; uehementissime autem delectatus est fagone<sup>2</sup> qui uno die ante mensam eius aprum integrum comedit. Habuit tempus fortunatissimum praeter seditiones quasdam<sup>3</sup> domesticas.

1. Aurelianus, -i (m): Aurelià.
2. Fago, -onis (m): golafre.
3. quasdam: ve de *quidam*, *quaedam*, *quoddam*. Declina com *qui*, *quae*, *quod* més la partícula invariable -dam.

**El rei Servi Tul·li.** (*Eutropi, I, 7, 1*)

Post Tarquinius Priscum<sup>1</sup> suscepit imperium Seruius Tullius<sup>2</sup>, qui genitus erat ex nobili femina sed captiua et ancilla. Hic quoque Sabinos subegit; montes tres, Quirinalem<sup>3</sup>, Viminalem<sup>4</sup>, Esquilinum<sup>5</sup>, urbi adiunxit; fossas circum murum duxit. Occisus est a genero suo Tarquinio Superbo<sup>6</sup>, filio eius regis, cui ipse successerat, et a filia, quam Tarquinius habebat uxorem.

1. Tarquinius Priscus, -i (m): Tarquini Prisc/el Vell (5è rei de Roma).
2. Seruius Tullius, -i (m): Servi Tul·li (6è rei de Roma).
3. Quirinalis, -is (m): Quirinal (turó de Roma).
4. Viminalis, -is (m): Viminal (turó de Roma).
5. Esquilinus, -i (m): Esquilí (turó de Roma).
6. Tarquinius Superbus, -i (m): Tarquini el Superb (7è rei de Roma, fill de Servi Tul·li).